

CASUS XII.

Datis I I S D E M

quæritur

LATUS Angulis datis INTERJACENS.

EXEMPL.

In Schemate Priori dentur Anguli qui prius in Casu X. S nimirum & P cum Latere SZ. Quæritur latus P S Angulis datis interjacens, eo processu ut primo investigetur Perpendicularum ZD, deinde SD, tertio DP, &c.

CAPUT V.

De

TRIGONOMETRIA NON-QUA-
drantalium Purorum.

IN Non-Quadrantalibus Partes datæ dicuntur Puræ, cum aut tria Latera dantur, aut tres Anguli: quærunturq; ibi Anguli, hic Latera.

Sunt itaq; hîc in univèrsum duo casus, quos ordine videre lubet.

CASUS I.

Datis tribus LATERIBUS

quæritur

ANGULORUM quivis.

Angulus quæsitus ponitur quasi in vertice Trianguli, quemcunq; alias situm obtineat, diciturq; Latus ei oppositum *Basis*, reliqua ejusdem *Crura*: absolviturq; operatio per sequentem Regulam.

REGULA. Summa ex Logarithmis Crurum subducta à summa ex Logarithmis aggregati & differentia Se-

LI 3

miba-